Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent

vestis. Quid enī ex hoc vanitatis studio inferre possumus. nisi q̃ plus de veste q̃ de spiritu. plꝰ de corruptibili q̃ de incorruptibili. plus de lana ouium q̃ de gratia redemptoris omnium curetur. Ob eā rem valde dolendum esse inquit Bernā. vt habitus noster qui humilitatis solet esse insignis a monachis nostri temporis gestetur superbus. iure igitur ne per inanē gloriam in habitu peccemus. ne interioris anime sordes contrahat munde vestī nimius appetitus. preceptor noster vestimenta nostra siue a nobis siue a fullonibus lauari iussit. Tanto enim quisq̃ intꝰ polluitur in animo. quanto ad inanē gloriam exterīꝰ disponitur in corpore. Magnopere igitur curare debent prelati ne per nitorem vestium delinquant subditi. Perinde Apostolus nos admonet dicēs Nolite conformari huic seculo. sed reformamini in nouitate sensus vestri. Nam q̃ huius seculi formam expetunt. interiorē pulchritudinem non exquirunt. Hec autē scilz mentalis mundicia est. quam a nobis deus requirit dicens. Lauamini mūdi estote. auferte malum cogitationū vestrarū ab oculis meis. Et xp̃s in euangelio non vestem sed faciem. hoc est conscientiam mūdare ꝛ lauare ieiunatibus iubet. rursus ꝛ non in vestimētis. ꝛ alīs terrenis. que erugo ꝛ tinea demolit. ꝛ que fures asportant. sed in virtutibus ꝛ in celo thesaurizare mandat. vbi neq̃ erugo neq̃ tinea demolit. ꝛ vbi fures non effodiunt neq̃ furantur.

Textꝰ q̃dragesimusseptimꝰ Augustinꝰ

Lauacrum etiaz corporis quotiens infirmitatis cogit necessitas. mime denegeē sed fiat sine murmure de consilio medicine. ita vt etiam si nolit iubēte preposito faciat quod faciendum est pro salute. Si autem ipse velit. ꝛ forte nō expedit sue cupiditati nō obediatur. Aliquando etiam si noceat prodesse creditur quod delectat. Denicq̃ etiā si lattens est dolor in corpore famulo dei dicenti. quid sibi doleat sine dubitatiōe credatur. sed tamen vtrum sanando illi dolori quod dilectat expediat. si non est certum medicus consolatur.

Cōmētū q̃dragesimūseptimū Ambrosiꝰ

Medicine nomen amodo temperamento q̃ fuisse impositum existimatur. vt non nimium ꝛ precipitanter. sed paulatim quantūq̃ solum sufficiat adhibeatur nāq̃ multo cōtristatur. modiocri autem natura gaudet. īmoderatio enim omnis non salutem. sed periculum affert. sed vtrum expediat. ꝛ quantuz aut quando. ꝛ quomodo. nō nisi a doctī ꝛ expertis medicī iudicari potest. ꝛ ideo lauacrum corporis. siue quodcūq̃ aliud medicamen quotiens infirmitatis cogit necessitas minime denegeē. sz illud egroto libenter caritatiue ꝛ sine murmure. nō quidem ex abrupto. non ex tempore. non inconsulto. non ꝑm proprium appetituz vt voluptuosi faciunt. sed de consilio medicine tribuatur. Medicus enim infirmitatem. ꝛ infirmitatis causam dignoscere habet. ꝛ iuxta infirmitatis genus conferre medicamenta. ipse enim si lauacro opꝰ est. consulere ꝛ precipere habet. ꝛ an in naturali. vel in artificiali balneo lauari debeat infirmus. Et si naturali ad cuius regionis balneum sit mittendus. quoniam non omnia eandem habent proprietatez nec sanandi omnibus vna ē efficacia. Si vero artificiale debeat lauacrum adhiberi. quibus sit ex rebus conficiendum. calidis vtpote aut frigidis. resolutiuis. aut constructiuis. aut alīs aliorum generum rebus doctus ꝛ expertus medicus ipse. q̃ infirmitatis nouit causam. dumtaxat cōsulere potest ꝛ debet. cui ꝛ credendum et obediendum est. Credendum quidem quoniam vnicuiq̃ in suo arte expto. merito est adhibenda fides. que tanto est oībus humanis rebꝰ necessaria. vt nulla sine ea neq̃ corporis neq̃ anime potest esse salus. imo neq̃ ars neq̃ doctrina. neq̃ queuis vlla bona actio eē sine fide pōt Perinde aplꝰ Paulus dicit. sine fide impossibile est placere deo. Perinde Aristoteles ait. Oportet adiscentē credere. Perinde Cicero in scriptis de re publica redegit fundamentū iusticie esse fidē. Perinde pthomedicus Auicenna inquit. plures fides q̃ medicina sanat. frequentē enī in aptitudine ꝛ appentia medici gratiosa ꝛ ex quadā cōfidentia quam egrotꝰ inde